



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum  
Concionum**

**Paoletti, Agostino**

**Coloniae, 1677**

Pars Altera.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

PARS ALTERA.

15. **T**este Seneca plura sunt genera ingratorum. Multa sunt genera ingratorum; ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit: ingratus est, qui dissimulat, ingratus, qui non reddit, ingratus est omnium, qui oblitus est. Uta fors ingratorum beneficia negat, altera beneficentem dissimulat, multi data occasione actibus gratitudinis non correspondent, sed omnium ingrati sunt, qui levi negotio beneficentium obliviscuntur, & beneficentis hostes fiunt. De his Scaliger his verbis scribit.

*Inluis Ca. far. Scalig. 4. Epid. 76. 12. f. 179.*  
*Quaedam species est hominum, mala ac maligna, Cui, quod dederis beneficium, statim perit. Verum hoc nihil est, prae abominabile illud. Fient inimici taciti aut dissimulabunt. Te noscere, ne quid tibi debere noverentur.*

*Aufon. Ep. 132.*  
 Et Aufonius ingrato nullum esse truculentius monstrum ait.

*Nil homine terra peius ingrato creat.*

*Plaut. Bacchi. 3. 2. 10.*  
 Quid non dixit Plautus de hac fera crudeli, & virulenta.

*Nam pol quidem meo animo, ingrato homine nil impensus est. Malefactorem amitti satius, quam relinqui beneficium. Nuntio praestat impenditum te, Quam ingratum dicitur. Illum laudabunt boni hoc etiam Ipsi culpabunt mali.*

*Petr. Cr. l. 2. Poem. de fugen. ingratis*  
 Petrus Crinitus praeter aliis vivacissime depingit abominabiles qualitates eorum. Nullam asserit esse rem magis horrendam, eos vitandos esse velut pestem, eos semper vel quid sinistra moliri, vel agere, esse eos sentinam omnium criminum, & eos nil melius agere quam mori. En ejus verba.

*Ingratus est vitandus ut dirum scelus, Nil cogit are pestilentius potest, Nec esse portento sius quisquam putat. Ingratus aut malefactus, aut male cogitat. Ingratus est seminarium scelerum omnium, Ingratus hoc unum beneficium cum perit, Nam nullus ipsa facinus nil creat.*

16. Scipio Africanus generositate sua ut bene Romanam ne inimicorum iugo subirentur, defendit, in o Dominam totius Africae fecit, sed videte ingrati compensationem, pro premio in exilium est relegatus. Hinc bile laeculana dixit: quia vivens fultis ingrata, nec cineres tibi relinquam. Ingrata patria, ne esse quidem me habebis; & urtelatur Valer. Maxim. Cineses suos negavit, quam in cineres collabi passus non fuerat. Igitur hanc unam Scipionis vultu dicitur ingrati animi urbs Roma sensisse; majorem me Horatius Coriolani Violentia; Ille enim metu patriam palavit, hic verecundia.

Marcus Tullius facundia veitorum a sententia capiris Pompilium Lenarem liberavit, sed hic postea Sicitos misit, qui Tullium trucidarent. An potest audiri ingrati gratitudo major? Romam salutis ejus auctorem, jugulum praedare iussit. At Max. proximus caput Romana eloquentia per suum, & securum citium amputavit. Eaque sanctam tanquam optinis spoliis alacer in urbem reversus est: Neque ei caelestium portanti onus succurrit, illud se caput ferre, quod pro capite ejus quondam perreverat. Gratia parant odium, & a beneficiis ducuntur proditioes.

17. Sed quid loquor de gentilibus, qui non habent nisi propriam voluntatem, & passiones animi? non scio an David Christianos, vel Hebraeos intellexerit dum dixit: Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animae meae. Loquebatur in persona Mellis. Hac verba explanans D. Augustinus dixit: Ego autem autuli facundiam, et beneficium Dei, si retribuebant sterilitatem, & ingratiadinem, & postea subdit: Ego vitam, ipsi mortem: ego honorem, ipsi contumeliam, ego medicinam, ipsi vulnera. Et in ha omnia, quae retribuebant utique sterilitas erat. O ingratiadinem inauditam, & incurabilem.

18. In tota passione nulla major injuria inflata est filio Dei, quam illa alapa, dum servus ille dixit: Si respondes Pontifici: ideo hoc agere tulle. Si male locus sum, testimonium perhibe de malo. Si autem benedixit me cadit: an non potes succurre coronatione? uti postea factum Evangelista testatur: Celas hunc ceciderunt. Insuper respondet: Quia non inia ut in se est innoxia, non erat & injustissima, non solum quod praeter meritum inflata, sed etiam quod contra omnem justitiam aquitarem, & paulo infra aliam causam subdit: Non enim conveniebat, ut ratiocinatio hunc alapa perferret, ne videretur agnosceret se ut criminabatur.

inducitur Pontifici respondisse. Plures alie cau-  
 sae adduci possunt, sed illa, quam adducam prin-  
 cipalis erit. Non pauci Scriptores sacri hunc  
 seruum fuisse Malchum, cui Petrus antea anti-  
 cilium abscidit, putant; Christus miraculo illum  
 sanavit, hinc Filius Dei ingratitude sibi sol-  
 vi videtur, valde afflictus est. Hinc Cardinalis  
 Marcus Vigorius; Ad sufferendum illum cola-  
 pham divinitatem debuisse succurrere humani-  
 tati assente Divinitas mee humanitati sociata mihi  
 gloriatur, ne irrogatus tua verbera feram.

19. Hinc defectus ingratitude adeo odio-  
 sus est, ut ipse bestia illum abhorreat. Plinius,  
 Labrus, & Arestus dantur, in domo cujusdam  
 raticus fuisse serpentem, qui cicuratus, adeo se fa-  
 miliaritatem exhibuit, ut rusticus eum non repelle-  
 ret, sed sepius cibaret. Contigit ut hoc animal  
 pareret, partisque ejus adultior factus filium  
 raticus moris necaret, serpentem hoc ita male ha-  
 buit, ut proprio partu succensus, dentibus eum  
 laceravit, & occiderit, dein domo aufugit, ac si  
 crederetur se habuisse filium adeo ingratum, ut  
 matris prolem interemerit.

20. Nos merito confundi debemus, habe-  
 mus Deum qui nos creavit, qui nos sustentat, &  
 cooperatur, imò proprio corpore, & sanguine  
 pascit. Et tamen roties ingrati sumus, quoties  
 eum mortaliter offendimus. Hinc exclamat  
 meus B. Thomas. O ingratitude filiorum Adæ, o-  
 mnes fera sentiunt beneficium, & beneficium man-  
 tinent. Videtur leonem feracissimum suo magi-  
 stro colludentem, & ursum indomitum ludentem  
 non esse à quo pascitur; Elephantem non strusum  
 ab eodem leseri. Omnes bestia benefactorem a-  
 gnoscent, & beneficiorum gratiam reddunt.

Et dein ad hominem convertitur, quem feris  
 peiorum in hoc videt, cohibere se nequit, quin  
 eum perstringat. Tu solus homo rationalis, ut fe-  
 ra trucidant, ut vipera venenata, & basiliscus  
 postquam mordet, benefactori tuo adversaris, non  
 recognoscis benefacti rem tuam, blasphemus, &  
 offensus. Oseruitatem supplicio ultimo dignam?

Hoc vitium ingratitude, quis actius verberare  
 possit? & tamen verum est, fetas esse gratiores  
 hominibus, & illas videntur esse magis humanas,  
 quam bestiales.

21. Et si dicentem homines magis participare  
 de natura Diaboli, quam ipsos diabolos, non er-

rarem. Me hyperbolice, & exaggerative loqui  
 diceret, nisi id evideret ex Scriptura probarem;  
 Dæmon obsidens Saulem evideret agitabat;  
 dulcem somnum capere non poterat, quies  
 pectore exulabat, & velut tyrannus crudelis ejus  
 viscera torquebat. Et factus est spiritus Domini  
 malus in Saul. David ergo inter maximas ejus  
 furias adveniens plectrum arripuit, & tam dulcem  
 somnum formavit, ut melodia suavitas procel-  
 las sensum mitigaret, & tempestates animæ pa-  
 carer, affunderetque ei tantum levamen, quan-  
 tum eum Dæmon tormentabat. Magnum factum.  
 N. dum David suave melos Regem solari  
 studebat, ille hastam apprehendit, Davidem que  
 ea petiit, ut eot transigat. Quod & fuisset factum,  
 nisi David id eum prævisum declinasset.  
 Perd David psallebat manus suas, nisi que est Saul  
 confregit David lancea in pariete. Hic quaerunt  
 interpretes, an Saul Davidem confodere voluerit  
 à Dæmone agitatus, vel postquam Dæmon  
 ab eo recesserat.

S. Basilii Seleucienensis respondet, hæc facta post  
 Dæmonis discessum. Credo ego Dæmonem  
 noluisse ingrato cooperari, & ad ejus necem, qui  
 sono vitam Saulo dabat, concurrere, Malus Dæ-  
 mon naturè ante veritè exitum à corpore Saulis, ne  
 ingratisimo Sauli cooperari palam videretur. In-  
 decorum sibi reputat, vitio ingratitude notari,  
 qui omnibus virtutum notis deturpatus est, inter-  
 mittit esse malignus, ne videatur ingratus? eligit  
 haberi negligentia, quam ingratitude reus? sic  
 sagax non ut famam apud homines, non amore  
 virtutis, sed ut hominibus plus noceat.

Nunc liceat mihi argumentum à fortiori de-  
 sumere, si Dæmon erudescit esse complex ingra-  
 ti Saul, quanto magis homo confundi debet,  
 dum ingratus est Deo? finio cum Chryso-  
 stomo: Optima beneficiorum custos  
 est memoria, & perpetua con-  
 fessio gratiarum: Ita  
 in pace

1. Reg. c. 19

Didac. de Celada in Iud. cap. 3. v. 2. §. 21. num. 38.

D. Ioan. Chryso. hom. 25. in D. Mar.

